



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Thomæ Tamburini Societatis Iesu Siculi
Caltanisettensis, In Alma Vniversitate nobilis Civitatis
Messanæ, Theologiæ Primarij Professoris. Explicatio
Decalogi Duabus distincta partibus**

In qua omnes ferè conscientiæ casus, ad decem Præcepta pertinentes,
mira brevitate, claritate, & quantum licet, benignitate declarantur

Continens sex Libros posteriores in Decalogum, id est, expositionem
præceptorum secundæ tabulæ

Tamburini, Tommaso

Monachii, Anno M.DC.LIX.

Confirmens rem bona fide acceptam, num. 8.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39995

de re, sic hoc, quod remanet: adde, non esse æquum, quempiam divitem fieri ex re aliena.

Dixi autem (per se provenisse) id enim solum succedit loco rei alienæ, non verò id, quod ex occasione ipsius, seu per accidens acquiro. Si enim v. g. pecuniam, quam bona fide meam puto, negotiationi subdam, totum lucrum meum erit, quia id est fructus industriae meæ, nec per se provenit ab aliena pecunia, quæ ex se est sterilis. Pari modo, si occasione, quod ego vestitus veste aliena pretiosa, inviter à Principe, & aliquid lucrer, totum, quod acquiro, meum erit, quia per accidens hoc lucrum sequitur à re aliena.

Consumens rem bona fide acceptam.

8. Ex dictis fit primò, ut si quis invitatus ab amico, edat cum illo res furtivas, nesciens, esse ex furto, ad nullam restitutionem teneatur, si ipse in nullo factus est ditior: at si insumpsisset aliquid æquale in suo cibo, vel partem, æquale vel partem debet ex communi opinione restituere, quia in his factus est ditior.

f. lidem, quibus adde Vasq. c. 9. de rest. §. 2. num. 4. & 5.

Dico (ex communi) nam Delugo g ex alio capite hunc omnino liberat à restitutione; quia nimirum, dum comedit, tanquam minister, seu instrumentum invitantis, sine culpa esculenta destruit, veluti si gemmam alienam, quam bona fide putat Petri, v. g. projiceret aliene. Quid si donaturus fuisset majus- jus? v. g. centum aureos in tritico, sed quia ipse illa non acceptet, non contrahit obligationem restituendi ex re ac-

cepta. Verum id mihi non placuit superius h, cum de Religioso invitato sine superioris licentia agerè: & nunc in hoc casu multo minus placet, saltem ex eo, quod invitatus non utitur his speculationibus, nec intendit comedere, ut merum instrumentum invitantis, sed more humano cibum acceptat & comedit: quare moraliter rem tacitè accipit, & consequenter obligatur ex re accepta: non sic, quoad gemmam prædictam, vel quid simile: non enim acceptat gemmam, & ut suam projicit.

g. Delugo t. 1. de just. d. 17. sect. 1. n. 15. lege Bannes, & Salon apud Dian. p. 3. tr. 5. ref. 4. qui ex alio capite nunc bona fide consumentem res unico actu consumptibiles liberant à restitutione, quamvis in aliquo factus sit ditior; sed non placent. h. sup. tr. 1. c. 2. §. 5. n. 9. & 10.

Donans rem bona fide acceptam.

9. Fit secundò i, ut si ego rem furtivam mihi ignoranti donatam bona fide do alicui, vel postquam eam consumpsi, eidem, qui mihi rem illam donavit, aliquid æquale ob gratitudinem retro dono, nihil restituere debeam, cum adverto, rem fuisse furtivam, quia in nihilo factus sum ditior: at si ego donaturus fuisset æquale, vel minus alicui amico, quod mihi reservavi, quia rem furtivam donavi, hoc æquale vel minus restituere debeo domino jam nunc cognito, quia in hoc factus sum ditior, & hoc succedit per se, loco rei alienæ. Quid si donaturus fuisset majus, quia dedi quinquaginta in auro furtivo, totum triticum mihi reservavi.

Vu

Respon-